

Aduertencias para

nistrare vbiq; extra sua Monasteria: quia
hoc est priuilegium personale sequens ipsos
vbiunque fuerint, prout supra in quæstione
de communione Eucharistiæ satis diximus.

¶ Tertiò infertur, q; Priuilegia concessa
Fratribus tempore interdicti ad celebrandū
officia diuina, non habent locum, nisi in suis
monasteriis, iuxta eorum concessiones. Hec
autem responsio quantum ad primam partem
confirmatur, primo ex concessione Fratribus
Minimis facta à Iulio. 2. prout habetur in
Supplemento fol. II. concessione. 36. In qua
concessit, q; Patres Minimi quatumcunque
personarum, tam Religiosorum, quam Eccle-
siasticorū & secularium vilibet audire pos-
sint confessores, & illis auditis personas
ipsas, & earum quamlibet iuxta formam &
tenorem priuilegi per Sixtum. 4. Ordini
Minimorum huiusmodi, ac illius personis,
& Fratribus dudum concessi & confirmati
absoluere, ac pœnitentiam salutarem illis in-
iungere valeant. Secundo confirmatur per
Motum proprium Pij. 5. Etsi Mendicantium
Ordines. &c. Romę apud Sanctum Petrum
anno Incarnationis Dominice. 1567. 17. Ca-
lendas Iulij, Pontificatus sui anno secundo,

vbi